

## ARISTODEMUS.

I.... αἰτησάμενος γὰρ μίαν ἡμέραν μόνην ἔπεμψε κρύφα Σίκιννον τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν πρὸς Ξέρξην, ἐγκλευσάμενος αὐτῷ ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἕλλησι καὶ ναυμαγεῖν, δηλοῦν τὸν μέλλοντα δρασμὸν ἀπὸ Σαλαμίνας. Ὁ δὲ Ξέρξης νομίσας τὸν Θεμιστοκλέα μηδίζοντα ταῦτα ἀπεσταλκέαναι, ἔπεμψε τὰς ναῦς ἐπὶ Σαλαμίνας καὶ ἐκυκλώσατο τοὺς Ἕλληνας εἰς τὸ μένειν αὐτούς. (2) Ἐσπούδασεν δὲ ὁ Ξέρξης ζεύγμα κατασκευάσας πεζῆ ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν Σαλαμίνα, ὃν τρόπον διήλθεν (ἐπὶ) τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ μέρος τι ἔχων ἦκεν κατὰ τὸ Ἡράκλειον· ἐπειδὴ δὲ ἀδύνατον ἦν τὸ πᾶν γεφυρωθῆναι, καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ Πάρνηθος ὄρους

I.... Etenim *Themistocles*, qui unius solummodo diei moram expetiverat, Sicinno ipsius pædagogo ad Xerxem misso regem adhortatus est, ut adoriretur Græcos pugnamque navalem cum iis committeret, quippe qui a Salamine insula jamjam secessuri essent. Xerxes igitur, Themistoclem utpote Medorum partibus addictum hæc mandasse ratus, classe versus Salaminem missa cinctos Græcos in loco manere coegit. (2) Præterea pontem struere voluit, ut pedibus in Salaminem transiret, quemadmodum Hellespontum trajecerat. Ac parte copiarum assumpta, ad Heracleum venit. Quum vero fieri omnino non posset ut ponte fretum jungeretur, in Parnethe monte, qui in pro-

Aristodemi fragmentum exstat in cod. Paris. 607 Supplementi inde a fol. 83 v. usque ad fol. 87 v. Haud omnia vero quæ in novem his paginis leguntur, Aristodemi sunt; nam in medium fragmentum locus Philostrati intrusus est, qui unam et dimidiam codicis paginam implet inde a fol. 85 v. linea 17 usque ad finem folii 86 v. Videlicet liber Parisinus ex complurium codicum particulis consarcinatus est. Unus horum continebat Philostrati opus de vita Apollonii et historias Aristodemi, descriptus vero erat e codice in quo ordo foliorum subinde turbatus erat, eamque perturbationem scriba parum attentus e prototypo in apographum transtulerat, deinde autem animadverso errore, signis quibusdam notisque lectorem de genuino particularum ordine restituendo admonuit. Sic in priore quoque codicis nostri parte nunc deperdita Aristodemi narrationem interposito Philostrati loco abruptam fuisse puta, fini autem hujus fragmenti appictum exstitisse hoc fere signum :

°—X—°

Hoc enim ex eo colligitur, quod ad initium nostri fragmenti idem signum appingitur, eique adscriptum legitur : καὶ (?) τὸ σημεῖον τοῦτο ἐστὶ τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου, i. e. *Quære hoc signum in antecedentibus, ubi adscriptum ad locum, quo Aristodemi narratio abrupta est; nam quæ jam sequuntur, sunt Aristodemi illa quæ in antec. l. l. desiderabantur.* Ceterum de codicis ratione videatur Præfatio.

§ 1. Post expungatas Thermopylas Græcis ad Salaminem collectis et quid faciendum esset deliberantibus, plurimi hortabantur ut in Peloponnesum discederent; soli Athenienses et Æginetæ et Megarenses manendum esse et cum hoste conflegendum censebant. Ἐνταῦθα, Herodotus 8, 75, αἶτ, Θεμιστοκλέης, ὡς ἐσσοῦτο τῇ γνώμῃ ὑπὸ τῶν Ἡλοποννησίων, λαθὼν ἐτέρηται ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἐξελθὼν δὲ πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἀνδρα κτλ. Similiter ceteri historici. Quod Aristodemus indicat verbis αἰτησάμενος μίαν ἡμέραν μόνην, id alibi non traditur. Ceterum nescio an auctor scripserit μίαν ἡμέραν μόνην vel μίαν ἡμέραν μένειν. || — Σίκιννον] Σίκιννον codex, quæ nominis scriptura etiam in Herodoti codicibus nonnullis obvia. Vide Dindorf. in Thes. gr. s. v. Σίκιννος. Mentio Sicinni fit apud Herod. 8, 75 et 110, Plutarch. Them. c. 12, 4, Polyæn. 1, 30, 2, Clem. Alex. Pædag. p. 271, Themist. epist. 9, 21. Misso hominis nomine, historiam narrat Cornelius Nep. Them. 4, Justinus 2, 12, Diodorus 11, 17, 1, Frontinus 2, 2, 14.

§ 2. Ζεύγμα κατασκευάσας] De hoc commentu cum Aristodemo faciunt Ctesias et Strabo, quorum ille in Persic. c. 26 p. 51 ed. Didot. : ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν (Athenis) ἐλθὼν ἐπὶ στεινότετον τῆς Ἀττικῆς (Ἡράκλειον καλεῖται), ἐχώννυε γῶμα ἐπὶ Σαλαμίνα, πεζῆ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοσόμενος. Strabo autem p. 395 : ὁ εἰς Σαλαμίνα πορθμὸς ὅσον διαστάδιος (Falsum hoc. Ni fallor, olim haud raro scribendi genere exaratum erat δ' στάδιος, i. e. τετραστάδιος, quod abiit in dist.), ὃν διασχὼν ἐπειράτο Ξέρξης, ἔφη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη καὶ φυγὴ τῶν Περσῶν. Sec. Herodotum 8, 97 Xerxes post cladem in Hellespontum abscessurus, ut hoc fugæ consilium celaret, aggerem istum ducere instituit : Ἐθέλων δὲ μὴ ἐπιδήλιος εἶναι μήτε τοῖς Ἕλλησι μήτε τοῖσι ἑαυτοῦ, εἰς τὴν Σαλαμίνα χῶμα ἐπειράτο διασχῶν, γαυλοῦς τε Φοινικίους συνέδεε, ἵνα ἀντί τε σχεδίδης ἕωσι καὶ τείγους, ἀρτέετό τε ἐς πόλεμον ὡς ναυμαχίην ἄλλην ποιησόμενος. Plutarchus Themist. c. 16 : Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν ἐπὶ θυμομαχῶν πρὸς τὴν ἀπότην, ἐπεχειρεῖ διὰ χωμάτων ἰπάγειν τὸ πεζὸν εἰς Σαλαμίνα τοῖς Ἕλλησιν, ἐμφορᾶς τὸν διὰ μέσου πόρον. || — μέρος τι ἔχων] Justinus 2, 12 : *Græci... proalium collatis viribus capessunt. Interea rex velut spectator pugnam cum parle navium in litore remanet.* || — τὸ πᾶν] Licet interpretari totum illud quod inter continentem et insulam interjectum est. At facilis conjectura est disertius auctorem scripsisse : τὸν πόρον vel, quod in latinis expressi, τὸ πᾶν τὸν πόρον. — ἐπὶ τοῦ Πάρνηθος] Aut inepta Aristodemus narrat, aut omnem tractum montanum, qui a Parnethe versus meridiem ad fretum Salaminium descendit, Parnethis nomine comprehendit. Similiter Ægalei montis nomen modo arctiore modo laxiore sensu usurpatur. De loco, unde pugnam rex spectavit, ita Herodotus 8, 90 : κατῆμενος ὑπὸ τῆ οὐρῆ ἀντίον

(ἔγγυς δὲ ἦν τοῦτο), εἴωρα τὴν ναυμαχίαν. (3) Ἦρξαντο δὲ τοῦ ναυμαχεῖν Ἀμεινίας Ἀθηναῖος, υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς δὲ Κυνεγείρου καὶ Αἰσχύλου τοῦ τραγωδοποιῦ. Ἐνίων μὲν οὖν πάντες οἱ Ἕλληνες, ἐκπρεπέστερον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι. (4) Συνεστηκυῖας δὲ τῆς μάχης, ὁ Ξέρξης ἱκανὰς μυριάδας ἐπέβιβασεν εἰς τὴν πλησίον νησίδα παρακειμένην τῇ Σαλαμῖνι, ὀνομαζομένην Ψυττάλειαν, ἐκπληττόμενός τε τοὺς Ἕλληνας καὶ βουλόμενος τὰ προσφερόμενα ναυάγια τῶν βαρβάρων ἀνασώζεσθαι. Ἀριστείδης δὲ Ἀθηναῖος, υἱὸς Λυσιμάχου, καλούμενος δίκαιος, ἐξωστραχισμένος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν καὶ ὑπάρχων ἐν Αἰγίνῃ τότε, πυμμαχῶν καὶ αὐτὸς τοῖς Ἕλλησι παρεγένετο πρὸς Θεμιστοκλέα καὶ στρατὸν αὐτὸν ἤτησεν εἰς τὸ ἀμύνασθαι τοὺς ἐν τῇ Ψυττάλειᾳ. Ὁ δὲ καίπερ ἐχθρὸς αὐτῷ γεγωνὸς ὄμως ἔδωκε. Λαβὼν δὲ Ἀριστείδης ἐπέβη εἰς τὴν Ψυττάλειαν, καὶ πάντας τοὺς βαρβάρους ἐφόνησε, καὶ μέγιστον τοῦτο τὸ ἔργον ἐπεδείξατο

pinquo erat, considens praelium navale inde spectabat. (3) Initium pugnandi fecit Aminias Atheniensis, Euphronis filius, frater Cynegiri et Æschyli poetæ tragici. Ad victoriam deportandam omnes quidem Græci contulerunt, insigniorem vero in modum Athenienses. (4) Conserto jam prælio, Xerxes sat multa hominum millia in Psyttaleam insulam exiguam in propinquo juxta Salaminem sitam trajecit, ut terrorem Græcis incuteret, et naufragia barbarorum, quæ fluctu eo deferrentur, collecta servaret. Aristides vero Atheniensis, Lysimachi filius, justus ille cognominatus, qui tesserarum judicio Athenis ejectus in Ægina tum degebat, et ipse Græcis opitulaturus ad Themistoclem accessit ab eoque copias petivit, ut collocatos in Psyttalea insula hostes oppugnaret. Dedit ille licet inimico. Quibus assumtis Aristides in Psyttaleam egressus omnes ibi barbaros trucidavit ac clarissimo hoc

Σαλαμῖνος, τὸ καλεῖται Αἰγάλεως. Plutarchus Themist. c. 13, 1 : Ἴμα δ' ἡμέρα Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο, τὸν στόλον ἐποπτεύων καὶ τὴν παράταξιν, ὡς μὲν Φανόδημος φησιν, ὑπὲρ τὸ Ἡράκλειον, ἢ βραχεὶ πῶρω διεύργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος, ὡς δὲ Ἀκεστόδωρος, ἐν μεθορίᾳ τῆς Μεγαρίδος ὑπὲρ τῶν καλουμένων Κεράτων. Eodem referuntur verba anonymi poetæ (Callimachi in Hecale ut cum Heckerō crediderim) apud Suidam v. μάσσον et ὑετός·

ἐπιπρὸ δε μάσσον ἐπ' ἄκοι  
Αἰγαλέω θυμὸντος ἄγων μέγαν ὑετὸν ἔσττ.

In his verba ἄγ. μ. ὑετόν vertunt *adducens magnam pluviam*, Xerxem comparari putantes cum nube vel cum Jove νεφεληγερέτῃ. V. Leake *Die Demen von Attika* p. 212 ex versione Westermanni, et quos laudat Bernhardyus ad Suidam. Vereor ne hæc inepta sint. Ni fallor, mendosum codicem auctor Suidæ exscripsit. Pro ὑετόν legendum αἰετόν sive ἀετός; nam locus quo versabatur rex Persarum, indicari solebat aquila expansis alis conto infixa. Xenophon Cyrop. 7, 1, 4· παρηγγύησε (Cyrus) δὲ παρορᾶν πρὸς τὸ σημείον... ἦν δ' αὐτῷ τὸ σημείον ἀετός χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. Καὶ νῦν δὲ ἐτι τοῦτο τὸ σημείον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει. Idem Anab. 1, 10, 12 : γῆλοφος ἦν, ἐφ' οὗ ἀνεστράφησαν οἱ ἄμφι βασιλέα, ... καὶ τὸ βασιλεῖον σημείον ὄραν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλῃς ἀνατεταμένον. Eadem docet Philostratus Imagg. p. 100 ed. Jac. — Heracleum memorant etiam Diodorus 11, 18, 3 et Stephanus Byz., qui s. v. Ἐχελίδα dicit Ἴλος ἀποτῆ esse μεταξὺ Πειραιέως καὶ τοῦ τετρακώμου Ἡρακλείου. His innitens Leakius l. 1. p. 25 Heracleum agnoscit in templi ruinis, quas vidit in colle haud longe ab ora maritima prope viam quæ Athenis ducit ad locum, unde in Salaminem trajicere solebant. Eodem in tractu nunc sunt rudera vici *Cerasini* dicti et objacet *Ceratopyrgos* insula exigua. Itaque suspicor partem Ægalei, in qua Xerxes consedit, proprio nomine Κέρατα dictam esse, idque nomen ab Acestodoro vel ab ejus interprete miro errore in notiora Κέρατα, quæ in Megaridis confinibus erant, translatum esse.

§ 3. Ἀμεινίας Ἀθηναῖος] Diodor. 11, 27, 2 : Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον, τὸν ἀδελφὸν Αἰσχύλου. Herodot. 8, 84 : Ἀμεινίας Πάλληυς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Plutarch. Them. 14, 3 : Ἀμεινίας ὁ Δεκελεύς, Vita Æschyli : Αἰσχύλος... Ἀθηναῖος, Ἐλευσίσιος (Δεκελεύς, ὡς ἔνιοι;) τὸν δῆμον, Κυνεγείρου ἀδελφὸς καὶ Ἀμεινίου. Ælian. V. H. 5, 19 : Ἀμεινίας ὁ νεώτερος (sc. Αἰσχύλου) ἀδελφός.

§ 4. Συνεστηκυῖας δὲ τῆς μάχης] Fuerit ἔνεστη κυῖας. Sec. Herodotum 8, 76 in Psyttaleam Persæ quidam trajecerunt noctu quæ præcessit diem pugnae. || — ἱκανὰς μυριάδας] Inepte. Tanti numeri non capax insula exigua. Herodotus 8, 76 : ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν... πολλοὺς τῶν Περσῶν ἀπέβιβασαν. Numerum eorum unus refert Pausanias 1, 36, 2 : ἐς ταύτην τῶν βαρβάρων ὅσον τετρακοσίους ἀποθῆναι λέγουσιν. || — Ψυττάλειαν] Ψυτάλ. codex h. l. et postea iterum. || — ἐκπληττόμενος] ἐκπληξόμενος, eodem sensu quo ἐκπλήξων? Fort. auctor scripsit : ἐκβληθησομένου s. τ. τ. Ἐ. καίνειν βουλόμενος καὶ τὰ etc., collato Herodot. 8, 76 : ἐς δὲ τὴν νησίδα... ἀπέβιβαζον τῶν Περσῶν, τῶνδε εἰνεκεν, ὡς, ἐπεὶ γένηται ναυμαχίη, ἐνταῦθα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων (ἐν γὰρ δὴ πῶρω τῆς ναυμαχίης τῆς μελλούσης εἶσεσθαι ἐκέετο ἡ νῆσος), ἵνα τοὺς μὲν περιποιέωσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. Præcedunt apud Herodotum quæ nondum pugna satis explicata esse mihi videntur. Itaque sententiam meam h. l. interponere liceat. De Persarum classē loquens Herodotus dicit : ἀνήγον τὸ ἀπ' ἐσπέρας κέρας κυκλοῦμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα, ἀνήγον δὲ οἱ ἄμφι τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι, κατεχόν τε μέχρι Μουνοχίης πάντα τὸν πορθμὸν τῆσι νησί. His respondent versus oraculi, quos mox Herodotus apponit :

ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν  
νησί γεφυρώσῃσι καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν.

Cynosuram ibi dici promontorium quod juxta Salaminem urbem in caudæ modum longe exporrigitur et hodie *Agia Barbara* vocatur, recte statuit Leakius l. 1. p. 212, frustra obloquente Grotio in *Hist. of Gr.* 5, p. 173. Fortasse Callimachus poeta in Hecale de ipsa hac pugna Salaminia loquens nomen illud ad totam insulam retulit. Nam schol.

## FRAGMENTUM.

3

ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων. (6) Διασημότερον δὲ ἠγωνίσαντο τῇ ναυμαχίᾳ [Ἀθηναῖοι], καὶ ἠρίστευσεν Ἀμεινίας, τῶν δὲ βαρβάρων γυνὴ Ἀλικαρνασὶς τὸ γένος, ὄνομα δὲ Ἀρτεμισία, ἥτις, διακομμένης τῆς νεῶς αὐτῆς καὶ κινδυνεύουσα ἀπολῆσθαι, τὴν ἔμπροσθεν ναῦν ἰδίαν οὖσαν ἐθύθισεν· ὁ δὲ Ἀμεινίας ὀξῆς σύμμαχον εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ἀπετράπη τοῦ διώκειν. Ὁ δὲ Ξέρξης θεασάμενος τὸ γενόμενον εἶπεν· «Οἱ μὲν ἄνδρες μοι γυναῖκες γεγόνασιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.» (6) Ἡρίστευσαν δὲ τῶν Ἑλλήνων ἔκπρεπτεστον μετὰ Ἀθηναίουσιν Αἰγινήται, οἵτινες κατὰ τὸ στενὸν τοῦ πορθμοῦ κατατάξαντες ἑαυτοὺς, πολλὰς τῶν βαρβάρων νῆας φευγούσας εἰς τὸ στενὸν παραδεχόμενοι ἐθύθισον. (7) Ἡττηθέντων δὲ τῶν βαρβάρων καὶ φυγόντων, οἱ Ἕλληνες ἐβούλοντο λυεῖν τὸ ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου ζεῦγμα καὶ καταλαμβάνεσθαι Ξέρξην ἐν τῇ Ἑλλάδι. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐκ οἰόμενος ἀσφαλὲς εἶναι οὐδὲ τοῦτο, δεδουκῶς μήποτε, ἐὰν ἀπογνῶσι τὴν σωτηρίαν οἱ βάρβαροι, φιλοκινδυνότερον ἀγωνίσονται ἐξ ὑποστροφῆς, ἀντέπρασσε· κεκυρωμένων δὲ οὐδὲν ἰσχύον, ἔπεμψε κρύφα Ξέρξην δηλῶν ὅτι μέλλουσιν οἱ Ἕλληνες λυεῖν τὸ ζεῦγμα. Ὁ δὲ φοβηθεὶς ἐφρευεν. (8) Ἐν δὲ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Σαλαμίνας καὶ οἱ θεοὶ συνεμάχησαν τοῖς Ἕλλησιν. Ἰνεὸς\* γὰρ ὁ Θεοκύδους, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἔφη θεάσασθαι ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ κονιορτὸν ὡς δυσμυρίων ἀνδρῶν ἀναφερόμενον ἀπ'

facinore de salute Græcorum optime meritis est. (5) Insignius prælio navali certarunt Athenienses, inter quos primas tulit Aminias; ex barbaris vero mulier Halicarnasensis genere, Artemisia dicta, quæ, quum navis ipsius ab instante hoste pressa summopere periclitaretur, in navem objectam, quæ et ipsa Artemisia erat, inpegit eamque demersit. Quo viso Aminias, Artemisiam navem sociam Græcorum esse putans, a persequendo destitit. Xerxes vero ejus spectator dixisse fertur: «Viri mihi in mulieres, mulieres vero in viros abierunt.» (6) Secundo ab Atheniensibus loco inter Græcos excelluerunt Æginetæ, qui in angustiis freti collocati multas barbarorum naves in fauces istas fuga delapsas excipientes demerserunt. (7) Devictis barbaris et in fugam conversis, Græci pontem Hellespontii rescindere et Xerxem in Græcia continere voverunt. Themistocles vero hoc quoque parum tutum esse existimans (timebat enim ne ad salutis desperationem adacti barbari nihil non audentes pugnam renovarent), obstitit, et quum contra decreta nihil valeret, misso clam nuntio Xerxem de Græcorum consilio dissolvendi pontis certiore fecit. Tum metu rex perculsus fugam arripuit. (8) Ceterum Græci in prælio ad Salaminem commisso etiam deos pugnae socios habuerunt. Etenim Ineus (*Dicæus*), Theocydis filius, Atheniensis, dixit se in campo Thriasio pulverem tanquam a triginta mil-

lion ad Eusebii Præpar. Evangelicam quod e cod. Paris. 451 fol. 275 edidit E. Millerus in Marcan. p. 283 : Σάλαμις ἢ πρὸς Ἀθήνας Κούλουρις πάλαι ἐλέγετο, ὡς Καλλιμάχος ὁ Κυρηναῖος ἐν Ἐκάλῃ φησίν, sic vix recte habet. Κούλουρις Callimachus scripserit Κυνουρίς, quod in hodiernum insulae nomen proclivi errore depravatum est. Jam quod τὴν Κέον Herodoti attinet, de Ceo (hod. *Zea*) insula cogitari non posse patebat; alii Salaminis, alii Atticæ locum aliquem aliunde non notum significari censent. Mihi dubium non est quin eadem regio indicetur quæ in oraculo Ἀρτέμιδος ἄκτῃ vocatur. Diana illa est Ἀρτεμῖς Μουνυχία λιμενοσκόπος; (Callimach. in Dian. 259), sive Μουνυχία Ἐκάτη (Orph. Argon. 938), sive Ζέα Ἐκάτη (Hesych. s. v.), cujus fanum erat in colle Zeæ et Munychiæ portibus imminente. Itaque Herodotus τὴν Κέον dixit pro τὴν Ζέαν (sicuti inverso ordine Κέως sive Κέα insula nunc Zea vocatur), aut corrigendum est τὴν Ζέαν, quod quidam de Ceo insula intelligens in Κέον mutaverit. || — Ἀριστείδης δὲ etc.] Uberiora de his vide ap. Herodot. 8, 79. 95, Plutarch. Themist. 12, Aristid. 8 et 9, Polyæn. 1, 31, Pausan. 1, 36, 2.

§ 5. Ἀθηναῖοι.] Vocem supplēvi. Aliter Herodotus 8, 93, 2 : ἤκουσαν Ἑλλήνων ἀριστα Αἰγινήται, μετὰ δὲ Ἀθηναῖοι. Idem 8, 122, 1 : ἀπαίτες αὐτοῦς (τοῦς Αἰγινήτας) τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας. Similiter Ælianus V. H. 12, 10. Invidia Atheniensium ducti Lacedæmonii primas Æginetis adjudicarunt, sec. Diodor II, 27, cum quo cf. Plutarch. Themist. 17, 1 et De Herodoti malign. 40 p. 1061, ed. Didot. V. Dunker *Gesch. d. Allerth.* 4, p. 813. || — Ἀρτεμισία.] V. Herodot. 8, 87, Justin. 2, 12, Polyæn. 8, 53, 1.

§ 7. Quæ hoc segmine narrantur, eodem modo tradit Justinus 2, 13 : *Sed Græci audita regis fuga, consilium ineunt pontis interrumpendi quem ille Abydo veluti victor maris fecerat, ut intercluso reditu aut cum exercitu deleteretur, aut desperatione rerum pacem victus petere cogeretur. Sed Themistocles, timens ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent, et iter, quod aliter non pateret, ferro patefaceret, satis multos hostes in Græcia remanere dicitians nec augeri numerum retinendo oportere, quum vincere consilio ceteros non posset, eundem servum ad Xerxem mittit, certioreque consilii facit et occupare transitum maturata fuga jussit. Ille percussus nuntio tradit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydon contendit.* Aliter hæc efformavit Herodotus 8, 108 sqq. et ab Herodoto in nonnullis discedens Plutarchus Themist. 16. Paucis rem tangit Diodorus 11, 19, 5. Cf. etiam Polyæn. 1, 30, 3, Frontin. 2, 6, 8, Plutarch. Aristid. 9. Moral. p. 185, C. || — καταλαμβάνεσθαι.] Velim ἀπολαμβάνεσθαι, *intercludere*, uti est ap. Herodot. 8, 108, 3 : Εἰ γὰρ ἀναγκασθεῖη ἀποληφθεῖς ὁ Πέρσης μένει ἐν τῇ Εὐρώπῃ. || — ἐπέμψεν.] Sicinnum sc., secundum Justinum l. 1. et Diodor. 11, 19, 5; viros fidos inter eosque Sicinnum, sec. Herodot. 8, 110; Arsacem, sec. Polyæn. 1, 30, 3; Arnacem eunuchum captivum, sec. Plutarch. Aristid. 9 et Themist. 16.

§ 8. Ἰνεός.] sic, absque accentu, codex. Nomen hoc aliunde, quantum scio, non notum; proxime accederet Δίνεως vel Διναῖός. Δικαῖος noster vir dicitur ap. Herodotum et Aristidem, quorum ille 8, 65 : Ἐφη ὁ Δικαῖος ὁ Θεοκύδους, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ... ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ ἰδεῖν κονιορτὸν χωρῶντα ἀπ' Ἐλευσίνος ὡς ἀνδρῶν μάλιστα τρισμυρίων (δισχ. Aristod.), ... καὶ πρόκατε φωνῆς ἀκούειν, καὶ οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἰακχόν... Ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι νέφος; καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμίνας ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων. (Ex He-

1

Ἐλευσίνος, βοώντων τὸν μυστικὸν Ἰακχόν, τὸν δὲ κωνιορτὸν νερωθέντα ἐμπεσεῖν ἐς τὰς ναῦς τῶν Ἑλλήνων.

II. Φεύγοντος δὲ τοῦ Ξέρξου, Μαρδόνιος, υἱὸς Γωβρύου τοῦ καὶ αὐτοῦ ἐπιθεμένου τοῖς [μά]γοις, συμπεπικώς καὶ αὐτὸς Ξέρξην στρατεύσαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἤτιᾶτο τὸ πολὺ πλῆθος τῶν βαρβάρων ὡς αἴτιον γερονὸς τῆς ἤττης, ὑπέσχετο τε νικήσειν τοὺς Ἑλληνας, εἰ λάβοι στρατοῦ μυριάδας λ'. (2) Λαθὼν δὲ ὁ Μαρδόνιος ἐπεμφε πρῶτον πρὸς Ἀθηναίους Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, τὸν Φιλίππου πρόγονον, ὑπισχνόμενος δώσειν αὐτοῖς μύρια τάλαντα καὶ γῆν ὅσην ἂν αὐτοὶ βούλοιντο τῆς Ἑλλάδος, τηρήσειν τε ὑποσχόμενος καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς καὶ τὴν αὐτονομίαν, εἰ ἔλοιντο μένειν ἐφ' ἑαυτῶν καὶ μὴ συμμαχεῖν τοῖς Ἑλλησιν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παρεγένετο εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ταῦτ' ἐδήλωσεν, οἱ Ἀθηναῖοι οὐτε τοὺς λόγους προσεδέξαντο, ὑβρίσαντές τε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπεπέμφαντο. (3) Ὁ δὲ Μαρδόνιος ἀποτυχὼν ἐν τούτοις, ἐπῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τὰ ἐπιπεριλειπόμενα μέρη προσενέπρησεν, παραγενόμενος

libus hominum mysticum Iacchum clamantium excitatum et ab Eleusine proficiscentem conspexisse, nubemque e pulvere ortam in naves Græcorum decidisse.

II. Xerxe fugam moliente, Mardonius, Gobryæ, unius ex iis qui contra magos conjuraverant, filius, qui et ipse expeditionem in Græciam Xerxi suaserat, nimiam barbarorum multitudinem causam cladis fuisse prætexebat, promisitque se Græcos debellaturum esse, si ipsi relinquerentur hominum millia triginta. (2) Quibus acceptis, Mardonius primum legato ad Athenienses Alexandro Macedone, uno ex Philippi majoribus, promisit iis daturum se decies mille talenta et quantam vellent Græciæ regionem, atque libertatem ipsis tuturum esse et suis vivendi legibus potestatem pollicitus est, si quietem agere nec opitulari reliquis Græcis decreverint. Postquam vero Alexander Athenas venerat, nihil eorum quæ exposuit Athenienses admiserunt et contumelia affectum amandarunt. (3) Itaque Mardonius hac spe frustratus contra Athenas profectus est et partes urbis quæ post prius excidium adhuc supererant, igne vastavit. Inde ad The

rodoto sua sumsit schol. ad Aristoph. Nub. 302.) Aristides Panathen., t. 3, p. 185 Dindf. : Δικαῖος καὶ Δημάρατος Ἀθηναῖοι ὄντες· καὶ παλαιοὶ φυγάδες ἐκ τῆς πόλεως. ὄντες παρὰ Ξέρξην γενομένης τῆς συμπλοκῆς, καὶ κωνιορτοῦ ἀρβέντος εἰς ἀέρα ἐξ Ἐλευσίνος, ἐρασσαν τῷ βασιλεῖ, ὡς καθ' ὃν ἂν ὁ κωνιορτὸς πέσοι, ἠττηθήσονται. Πέπτωκε κατὰ Περσικῶν τριήρων, καὶ σχεδασθεῖς ἐν αὐταῖς εἰς φόβον ἐνήκε τὸν βασιλέα ὃν ὑστερον ἐμелле πείσσεσθαι. Ἐν δὲ τῇ τοῦ κωνιορτοῦ ἀρβέντῃ καὶ ὅσοι τῶν Ἀθηναίων ἦσαν μεμνημένοι, ἤκουσαν φωνῆς τινος ἐκ δαίμονός τινος, ἀφανῶς λεχθείσης, ὡς παρέσσεται τῇ ναυμαχίᾳ Περσεφόνη καὶ Δημήτηρ.

II. § 1. [μά]γοις συμπεπικώς] Inclusa chartæ damno in codice perierunt. Ab his verbis incipit fol. 84 r.; in prima autem singularum paginarum versibus nonnulla lacera sunt. De Gobryæ v. Herodot. 3, 70 sqq., δὲ Μαρδονίῳ expeditionis suasore, idem 3, 100. || — μυριάδας λ'] Eundem numerum tradunt Herodot. 8, 100; Plutarch. Aristide 10, 1 et 19, 5, Strabo p. 412. Apud Diodorum 9, 19, 6 legitur : ὁ σύμπαξ ἀριθμὸς ὑπῆρχεν οὐκ ἐλάττων τῶν τετραράκοντα μυριάδων, at legendum esse τετράκοντα μυρ. ex ipso Diodoro colligitur, qui c. 28; 5 ad Persicas copias accessisse e Thracia et Macedonia et aliunde dicit ducenta sistorum millia, c. 30, 1 autem totum barbarorum exercitum quingentorum millium fuisse perhibet. A vero propius abesse videtur Cornelius in Pausan. 1, ubi de prælio Plataense loquens : Mardonius, ait, cum ducentis peditum millibus, quos viritum legerat, et viginti millibus equitum fugatus est.

§ 2. τὸν Φιλίππου πρόγονον] Similiter Demosthenes or. 2 in Philipp. p. 64, 14 ed. Didot, hanc Alexandri legationem commemorans : Ἦνιχ' ἦλθεν Ἀλέξανδρος ὁ τούτων (regum Macedoniorum, nisi potius τούτου, Philippi sc., legendum) πρόγονος. Aristodemus sua duxerit ex historico Philippi coævo. Apud Herodotum 8, 140 Xerxes Mardonio hæc mandat : Τούτο μὲν τὴν γῆν σου ἀπόδος, τοῦτο δὲ ἄλλην πρὸς ταύτην ἐλέσθων αὐτοῖς, ἤντινα ἂν ἐθέλωσαι, εἶντες, αὐτόνομοι· ἱερά τε πάντα σφι, ἣν δὴ βούλωνται γέ ἐμοὶ ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ἕσα ἐγὼ ἐνέπρησα. Herodotum exscripsit Harpocratio s. v. Ἀλέξανδρος. Diodorus II, 28, Justinus 2, 14 et Plutarchus Aristid. 11, 2 de hac legatione dicentes, Alexandri mentionem omittunt. Apud Diodorum οἱ τῶν Περσῶν ἀποσταλέντες; ab Atheniensibus petunt ut τὰ τῶν Περσῶν προέλθωται et similiter apud Aristidem in Panathen., t. I, p. 233 Df., ut φίλοι καὶ σύμμαχοι sint. Apud Justinum Mardonius Athenienses in spem pacis et amicitiae regis sollicitat. Ad Aristodemum proxime accedit Plutarchus Aristid. 11, 2 : Πρὸς δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐπεμφεν ἰδίᾳ γράμματα καὶ λόγους παρὰ βασιλέως· τὴν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλόμενος, καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίου καταστήσειν ἐκποδῶν τοῦ πολέμου γενομένου; || — ὅσην ἂν αὐτοὶ βούλοιντο] ὅσην αὐτοὶ βούλονται codex. || — ὑβρίσαντες] Aliter Herodotus 8, 143, ubi Athenienses Alexandro dicunt : Οὐ γὰρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν ἔοντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον. Aristides Panathen. tom. I, p. 293 ed. Dindorf. ita habet : Ἐκρηύκευ δὲ Ἀλέξανδρος βασιλεὺς Μακεδονίας. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ θαυμάσαι τὰς ἐπαγγελίας... ὥστε ἔσωσε τὸν πρῶτον τὸ σχῆμα τῆς προξενίας. Οὐ μὴν οὐδὲ οὕτως ἀδῆξθ' καθάπαξ ἀπέστειλαν, ἀλλ' εἰ μὴ πρὸ ἡλίου δύνοντος ἐκτὸς ὄρων εἴη\*, καὶ τοῦ λοιποῦ προειπόντες ἄλλο τι τοῖς Ἀθηναίοις μάλλον προξενεῖν, ὡς οὐκ ἄνευ θανάτου τοιαῦτα πρῶτον εἴποντο. Καὶ ἅμα ἀγωγοὶ διὰ τῆς χώρας αὐτὸν ἦγον, ὅπως μήτε τις ἀψήται μήτε τῷ διαλέθεται. Cf. idem t. 2, p. 286. Harpocratio v. Ἀλέξανδρος· ἀφ' οὗ (a Mardonio) καὶ ἐπέμπεθη ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν πρὸς Ἀθηναίους· οἱ δὲ οὐχ ὅπως αὐτῷ προσέχον τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀπειλήσαντες ἀπέπεμψαν. Lycurgus c. Leocrat. § 71 : τὸν παρὰ Ξέρξου πρῶτον Ἀλέξανδρον, φίλον ὄντα πρότερον, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν.

§ 3. Παραγενόμενος... Θήβας] Ἀθήνας codex sphalmate manifesto. Sec. Herodotum 8, 13 Mardonius ex Attica Thebas proficisci voluit, sed in ipso itinere mutata sententia, in Megaridem duxit, inde autem in Bœotiam reversus in agro Thebano ad Asopum castra posuit, quæ ab Erythris usque ad fines Plataensium extendebantur. Sec. Diodorum 11, 29 et 30 Mardonius Athenis Thebas profectus est, deinde, ubi Græcorum copias in Bœotiam tendere

τε εἰς τὰς Θήβας ἅμα τῷ στρατῷ, ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύσατο, οἱ δὲ Ἕλληνας ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν Πλαταιαῖς. Τὰ δὲ μεταξὺ Θηβῶν καὶ Πλαταιῶν στάδιά ἐστιν π'. Συνηρατάσσοντο δὲ Μαρδόνιῳ Βοιωτῶν μυριάδες δ'. (4) ἔϊχον δὲ τὸ μὲν δεξιὸν κέρασ Πέρσαι καὶ Μαρδόνιος, τὸ δὲ εὐώνυμον οἱ μηδίσαντες Ἕλληνας· τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ μὲν Ἀθηναῖοι εἶχον τὸ δεξιόν, τὸ δὲ εὐώνυμον Λακεδαιμόνιοι. Μετέστησαν δὲ αὐτοὺς οἱ Λακεδαιμόνιοι, φήσαντες Ἀθηναίους ἐμ[ει]ροτέρους εἶναι πρὸς τὸ μάχεσθαι Πέρσαις. Ἐν δὲ τούτῳ Μαρδόνιος δεδαικῶς μάχεσθαι Ἀθηναίους μετέστησέ τε τὴν φάλαγγα, καὶ οὕτως συνέβη τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἀκουσίως μάχεσθαι τοῖς Πέρσαις. Ἐστρατήγει δὲ Λακεδαιμονίων μὲν Πausανίας ὁ Κλεομ- ἐρότου, Ἀθηναίων δὲ Ἀριστιδῆς ὁ δίκαιος. Γενομένης δὲ τῆς συμβολῆς τῶν Περσῶν, Ἀθηναῖοι ἐπεδοθήθησαν τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἐνίκησαν. (5) Ἐνταῦθα Μαρδόνιος ἔπεσεν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ μαχόμενος, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Ἀειμνήστου ἀνδρὸς Λακεδαιμονίου. Ἡρίστευσε δὲ ἐνταῦθα καὶ Ἀριστόδημος ὁ ὑποστρέψας ἀπὸ Θερμοπυλῶν καὶ κληθεὶς διὰ τούτου ὁ τρεσᾶς. Διὸ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἔδωκαν αὐτῷ τὸ γέρας τῆς ἀριστείας, ἡγήσάμενοι τὸ μὲν πρότερον γεόμενον περὶ τὴν λεπτοταξίαν γνώμης εἶναι, τὸ τελευταῖον δὲ περὶ τὴν ἀριστείαν τύχης.

III. Ἐπειδὴ δὲ ἔπεσεν ὁ Μαρδόνιος, οἱ Πέρσαι ἐφυγον εἰς τὰς Θήβας, οἱ δὲ Ἕλληνας ἐπελθόντες δώδεκα μυριάδας αὐτῶν ἐφόνησαν· ἐξάκις δὲ μυρίων

bas exercitum duxit ibique castra metatus est; Græci vero castra posuerunt ad Platæas, octoginta a Thebis stadia distantes. Mardonii partibus quadraginta millia Bœotorum se adjunxerant. Dextrum cornu Persæ sub Mardonio, sinistrum Græci Persarum socii obtinebant; apud Græcos in dextro cornu Athenienses, Lacedæmonii in sinistro stabant; deinde vero Lacedæmonii Atheniensium copias transposuerunt, ajentes illas contra Persas pugnandi peritiores esse. Interea autem Mardonius, timens Athenienses in prælio sibi oppositos, ipse quoque phalangis suæ ordinem mutavit, atque sic accidit ut inivitis Lacedæmoniiis contra Persas pugnandum esset. Dux Lacedæmoniorum erat Pausanias Cleombroti filius, Atheniensium Aristides justus. Conserto prælio, Lacedæmoniiis auxilio venerunt Athenienses et victoria potiti sunt. Ibi Mardonius nudo capite pugnans cecidit manu Aimnesti Lacedæmonii. Strenuissimum eo prælio se gessit etiam Aristodemus, qui quum a Thermopylis rediisset, Trepidi cognomine notatus erat. Quare Lacedæmonii denegarunt ei præmium virtutis; scilicet quod olim aciem reliquisset, id eum de consilio fecisse censebant, præsens autem virtutis specimen fortunæ imputandum esse.

III. Cæso Mardonio, Persæ Thebas aufugerunt; quos insecuti Græci centum et viginti millia eorum trucidarunt. Reliqua sexaginta millia, dum domum revertuntur,

compererat, προῆλθεν ἐκ τῶν Θηβῶν παραγεγόμενος ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν ἕθετο παρεμβολήν. Propius hæc accedunt ad narrationem Aristodemi, qui tamen eo negligentior est, quod de castris ad Asopum positis omnino non loquitur, et post commissum prælium Persas Thebas fugisse ibique trucidatos esse narrat, quam stragem in castris ad Asopum positis editam esse constat. || — ἐστρατοπεδ. ] ἐστρατοπεδεύσατο codex h. l. et mox iterum. || — μεταξὺ Θηβῶν ] μ. Θηβαίων cod. || — στάδιά ἐστιν π' ] Sic etiam Dicæarchus, qui vulgo dicitur, in Georg. Min. t. I, p. 102; στάδια ο' Thucydides 2, 5, idque accuratius.

§ 4. Φήσαντες Ἀθηναίους ] φήσαντες αὐτοὺς Ἀθηναίους, delete deinde vocabulo αὐτοὺς, codex. Præstitisset dicere : μετέστησαν δὲ τοὺς Ἀθηναίους οἱ Ἀ., φήσαντες αὐτοὺς etc. || — ἐμπειροτέρους ] Literæ ei in lacuna perierunt. De re cf., Herodot. 9, 46. || — Μαρδόνιος ] Scripsit auctor καὶ Μαρδόνιος, aut in seqq. fuerit μετέστησε τὴν φάλαγγα [καὶ αὐτός]. || — ἀκουσίως ] ἀκουσίως codex.

§ 5. Ἀειμνήστον ] Sic etiam Herodot. 9, 64, ubi Dindorfius ex nonnullis codd. edidit Ἀριμνήστου, vix recte, quum Ἀειμνήστου habeat etiam Plutarch. De malign. c. 42. Alteram nominis scripturam, nescio an librorum vitio, habes apud Plutarchum Aristid. c. 11, 5 et 19, 2, ubi : Μαρδόνιον... Ἀριμνήστο; ἀποκτίνουσι λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξας. De occiso Mardonio consentit etiam Diodorus II, 31, 2 : Μαρδόνιος ἀγωνιζόμενος ἐκώμωος ἔπεσε. Contra Ctesias Pers. 25 : φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος, et Justinus 2, 14 : victus Mardonius veluti ex naufragio cum paucis effugit. Mardonium cum Artabazo Justinus etiam in antec. confundit, ubi : Mardonius Olynthum expugnat. Ἀριστόδημος... ὁ Τρεσᾶς ] v. Herodot. 9, 71, 7, 229 et 231, Ælian. Hist. An. 4, 1. Diodorus Aristodemi non meminit. De ἀτιμῇ trepidorum v. Xenoph. R. Lac. 9, 5, Plutarch. Lycurg. 30.

III. § 1. Ἐφυγον εἰς τὰς Θήβας ] Hæc parum accurate dicta sunt pendente vel ex opinione Nostri, qui castra Persarum ad ipsam Thebarum urbem fuisse fingit, vel ex eo quod ad totum exercitum retulit quæ nonnisi ad particulam ejus pertinent. Secundum Herodotum 9, 65 et 67 Græci quidem Persarum socii Thebas se receperunt, Persæ autem in castrorum murum ligneum. Similiter Diodorus II, 41, 3 ita habet : Οἱ μὲν πλείους τῶν βαρβάρων εἰς τὸ ξύλινον τεῖχος συνέφυγον, τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν μετὰ Μαρδονίου ταχθέντες Ἕλληνας εἰς τὰς Θήβας ἀνεχώρησαν, τοὺς δὲ λοιποὺς ὄντας πλείους τῶν τετρακισμυρίων ἀναλαβὼν Ἀράθραξος εἰς θάτερον μέρος ἔφυγε. Cum Aristodemocomponendus schol. ad Aristid. Panathen., tom. 3, p. 195 ed. Dindf. : Οἱ γὰρ Πέρσαι ἤττηθέντες ἐν Πλαταιαῖς κατέφυγον ἐς τὰς Θήβας, ὑποδείκμενων αὐτοὺς τῶν Θηβαίων. Ἀθηναῖοι αὖν περιστάνας ἐτιχομάχουν. || — δώδεκα μυριάδας ] ὑπὲρ τὰς δέκα μυριάδας sec. Diodor. 11, 32, 7. Herodotus 9, 70, 6 : παρῆν δὲ τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν κύτω ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδεουσέων τεσσέρων τὰς ἔχων Ἀράθραξος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μὴδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. Cf. Plutarch. Aristid. 19. Ctesias Pers. 21 post pugnam Salaminiam in ceteris proeliis usque ad fugam interfectos esse dicit centum viginti millia, quot Aristodemus ad Thebas occisos esse refert. || — ἐξάκις δὲ μυρίων ] 40000 sec. Herodot. 9, 66 et 70 et Plutarch. Arist. 19; πλείους τῶν τετρακισμυρίων, Diodor. 11, 31, 3; εἰς τέτρακας μυρίας idem 11, 33, 1. || — ὁ ἴδιος πρὸς. ] De meo addidi articulum. Proclivis quidem conjectura

ἐπιστρεφόντων ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, [δ] ἰδίᾳ πρεσβευσάμενος πρὸς τοὺς Ἀθηναίους περὶ ὧν ἀπεστάλη ὑπὸ Μαρδονίου, πάντας αὐτοὺς γενομένους κατὰ Μακεδονίαν ἐφόνευσεν, ἀπολογοῦμενος ὅτι ἄκων ἐμήρισε. (2) Καὶ οἱ ἐν τοῖς ναυσὶ δὲ Ἑλληνες ἐδίωκον τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξου, πλεῦσαντές [τε] σταδίου δὲ τοὺς ἀπὸ Σαλαμίνας εἰς Μίλητον, κατέλαβον τὰς ναῦς τῶν βαρβάρων, καὶ ἔτοιμοι ἦσαν ναυμαχεῖν. Οἱ δὲ βάρβαροι οὐ πιστεύοντες ταῖς ναυσὶ δὲ τὸ πεπειᾶσθαι τῆς Ἀθηναίων ἐμπειρίας, ἐξέβησαν καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο περὶ Μυκάλην, ὅπερ ἐστίν ὄρος τῆς Μιλήσιας. Καὶ οἱ Ἑλληνες δὲ ἀποδάντες συνέβαλον αὐτοῖς καὶ τὰς δ' μυριάδας ἐφόνευσαν, τὰς τε ναῦς ἐρήμους παρέλαβον. \*\* γιγνομένης τε τῆς μάχης τῆς ἐν Πλαταιαῖς καὶ νικόντων τῶν περὶ Μυκάλην Ἑλλήνων. (3) Ἐστρατῆγαι δὲ [ἐπὶ] τῆς Μυκάλης Λακεδαιμονίων μὲν Λεωτυχίδης ὁ βασιλεὺς, Ἀθηναίων δὲ Ξανθίππος ὁ Ἀρίφρονος, ὁ Περικλέους πατήρ. Οἱ δὲ ἐν ταῖς Πλαταιαῖς Ἑλληνες μετὰ τὸ νικῆσαι ἔστησαν τρόπαια, καὶ ἑορτὴν ἤγαγον, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες, Θηβαίους τε, καθὼς ὤμοσαν, ἐδεκάτευσαν.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΙ\*\*.

ΤΟ\*\*

IV. Ἀπὸ δὲ τῆς Περσικῆς στρατείας ἐπὶ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐπράχθη τάδε.

Alexander Macedo, qui seorsim ad Athenienses legatus a Mardonio missus erat, omnia in Macedonia interfecit, facinus hoc eo excusans quod invitus partes Persarum secutus esset. (2) Interim vero etiam qui in navibus erant Graeci classem Xerxis persequebantur, et pornavigatis quater mille stadiis, quae sunt a Salamine ad Miletum usque, naves barbarorum deprehenderunt et ad committendum praelium navale parati erant. At barbari navibus suis diffidentes, quum Atheniensium in re navali peritiam experti essent, in terram egressi sunt castraque posuerunt ad Mycalen montem in agro Milesio. Tum vero Graeci quoque copias exposuerunt et conserto praelio quadraginta hostium millia occiderunt navibusque desertis potiti sunt. Ceterum quo temporis momento ad Plataeas dimicatum est, eodem etiam ad Mycalen Graeci vicerunt. (3) Lacedaemoniorum dux ad Mycalen erat Leotychides rex, Atheniensium vero Xanthippus, Ariphronis filius, pater Periclis. Qui ad Plataeas pugnant Graeci post victoriam tropaea crexerunt, et festum quod Eleutheria vocant, celebrarunt, ac Thebanos, sicuti juraverant, decima multarunt.

FINIS LIBRI [QUINTI?]

LIBER [SEXTUS?]

IV. Inde ab expeditione Persica usque ad Peloponnesiacum bellum a Graecis gesta haec sunt.

est : ὁ διαπρεσβευσάμενος, sed illud ἰδίᾳ Aristodemus assumerit ex eodem auctore quem Plutarchus sequitur in Aristid. 10, ubi Mardonius dicitur ad ceteros Graecos literas misisse minarum et superbiae plenas, πρὸς δὲ τοὺς Ἀθηναίους πέμψαι ἰδίᾳ γράμματα καὶ λόγους παρὰ βασιλέως. || — πάντας... ἐφόνευσεν] Hae ex rhetore potius quam ex historico fluxisse dixeris. Conferri aliquatenus potest Demosthenes contr. Aristocrat. § 200 p. 687, ubi : καὶ πάλιν Παρδίκκα (scripsit aut scribere debebat Ἀλεξάνδρω τῷ πατρὶ Παρδίκκα) τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου ποτ' ἐπιστρατεῖαν βασιλεύσαντι Μακεδονίας, τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων διαφθεῖραντι καὶ τέλειον τἀτύχημα ποιήσαντι τῷ βασιλεῖ. Veriora v. ap. Herodot. 9, 89, Diodor. J. I., Justin. 2, 13.

§ 2. Te post v. πλεῦσαντες inserui. || — σταδίου δ] σταδίου τέσσαρας codex. Scriba legit δ' ubi auctor scripserat δ (τετρακισχίλιους). Reapse quidem navigatio a Salamine Miletum usque non multum excedit bis mille stadia, at exaggeratam esse viam longitudinem probabile est. Graecis plurimis, maxime autem Lacedaemoniis, in Asian navigationem rem arduam visam esse et distantias locorum parum cognitatas fuisse testatur Herodotus 8, 132, ubi de nostra expeditione sermonem faciens dicit : τὸ γὰρ προσιώτερον (quod ultra Delum erat) πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἑλλήσι, οὐτε τῶν χώρων εὐοῖσι ἐμπείροισι, ... τὴν δὲ Σάμον ἐπιστάτω δόξῃ καὶ Ἡρακλέας στήλας ἴσον ἀπέγειν. || — Μίλητον] Μιλτ. et mox Μιλισίας codex; dein οἱ πιστεύοντες et ἐστρατοπεδεύσαντο. || — τὰς δ' μυρ.] Ex articulo colligo auctorem scripsisse περὶ vel ὑπὲρ τὰς. Diodor. 11, 36, 6 : ἀνγρέθησαν αὐτῶν πλείους τῶν τετρακισμυριάων. Herodotus numerum non tradidit. || — ἐρήμους παρέλαβον] Herod. 9, 116 : τὰς νέας ἐνέπρησαν. || — \*\* γιγνομένης τε] Excidit : ἡ αὐτὴ δὲ ἡμέρα ἦν vel tale quid. De praeliis ad Mycalen et Plataeas eodem die commissis v. Herodot. 9, 101, Diodor. II, 34, 1 et 35, 2, Plutarch. Camill. 19, Justin. 2, 14.

§ 3. Ἐπὶ ante Mux. inserui. Dein Λεωτυχίδης cod. || — Ἐλευθέρια] ἐλευθερίαν codex. V. Diodor. II, 29, 1, Thuycyd. 2, 71, Strabo p. 412, Pausan. 9, 2, 6, Aristid. Panath. tom. 1, p. 241. || — Θηβαίους... ἐδεκάτευσαν] In Isthmo Graeci jurarunt, ut Herod. 7, 132 ait, ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφεας αὐτοὺς Ἑλληνες εὐόντες, ... τούτους δεκατέυσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. Cf. Diodor. II, 3 et Polybius 9, 39, qui solos Thebanos tanquam μηδίζοντας memorat : οἱ γὰρ (Λακεδαιμόνιοι) Θηβαίους τοὺς κατ' ἀνάγκην ἡσυχίαν ἄγειν βουλευσαμένους μόνους τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο δεκατέυσαι τοῖς θεοῖς. De altero iurejurando quod ante praelium Plataeense Graeci juraverint, v. Lycurgus adv. Leocr. § 80. Ceterum haec contenticia esse censuit Theopompus (fr. 167) ap. Theon. Progygn. c. 12. || — τέλος τοῦ \*.] Harum litterarum nonnisi superiores apices in imo paginae versu superstites sunt; inferiorem partem culter bibliopægae absumsit. Numerus libri quinam fuerit, e tenuissimo quod superest ejus vestigio, certius erui nullo modo potest. Similiter in primo sequentis paginae versu res habet, ubi inferiores litterarum, quibus sequentis libri inscriptio continebatur, particulæ quaedam supersunt, ex quibus relegendum esse videtur, Τὸ σ'.

IV. § 1. Post τὸν Πελοποννησ desunt literæ 25-30, quæ ultimam primi versus partem explebant. Eiusdem spatii

## FRAGMENTUM.

7

Ἐπειδὴ ἐξήλασαν τοὺς Πέρσας οἱ Ἕλληνες [τῆς Ἰωνίας, πλεῦσαντες στόλῳ ξ' τριῆ]ρων εἰς Σηστὸν οἱ Ἀθηναῖοι προσέμενον προσπολεμοῦντες, καὶ Πausanίας ὁ Κλεομβρότου, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων στρατηγός, [οὐ] κατὰ φιλοτιμίαν τὴν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ διὰ προδοσίαν· συντεθειμένος γὰρ ἦν Ξέρξῃ προδώσασθαι αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τῷ λαθεῖν θυγατέρα πατρ' αὐτοῦ πρὸς γάμον· ὃς ἐπλημένος τῇ τε ἐλπίδι ταύτῃ καὶ τῷ εὐτυχίματι τῷ ἐν Πλαταιαῖς, οὐκ ἐμετριοπάθει, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τρίποδα ἀναθείς τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι ἐπίγραμμα ἔγραψε πρὸς αὐτὸν τοιοῦτον·

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μῆδων,  
Πausanίας Φοῖβῳ μνήμ' ἀνέθηκε τότε.

(2) Τῶν δὲ ὑποτεταγμένων αὐτῷ πικρῶς ἤρχε καὶ τυραννικῶς, τὴν μὲν Λακωνικὴν δαίταν ἀποτεθειμένος, ἐπιτετηδευκῶς δὲ τὰς τῶν Περσῶν ἐσθῆτας φορεῖν καὶ Περσικὰς τραπέζας παρατεθειμένος πολυτελεῖς, ὡς ἔθος ἐκείνοις.

V. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀθηναῖοι, ἐμπερησμένης αὐτῶν τῆς πόλεως ὑπὸ Ξέρξου καὶ Μαρδονίου, ἐβουλεύοντο τευχίζειν αὐτήν· οἱ δὲ Λακεδαι-

Postquam Græci Persas expulerant ex Ionia, sexaginta (?) navium classe Sestum profecti ejusque urbi obsidioni immorati sunt Athenienses, nec non Pausanias Cleombroti filius, dux Lacedæmoniorum, non tam rerum Græcarum studio quam prodendi consilio; etenim cum Xerxe pactus erat se proditurum ipsi Græcos ea conditione ut filiam ab eo in matrimonium acciperet. Hac elatus spe et secunda fortuna qua ad Plataeas usus erat, moderatum se gerere desiit, ac primum quidem dedicato Delphis tripodi hos in suam ipsius laudem versus inscripsit:

Græcorum postquam dux agmina Medica fudit,  
Phæbo Pausanias hæc monumenta dedit.

(2) Subditis deinde acerbè et tyrannice imperabat, ac spreto victu Laconico, vestitu Persico uti mensisque sumtuosis Persarum more accumbere affectabat.

V. Hoc tempore Athenienses urbem a Xerxe et Mardonio igne vastatam muro cingere decreverunt. Id vero permittere noluerunt Lacedæmonii, prætextu quidem

lacuna est in versu secundo. Hanc num recte expleverim, incertum. Navium numerus a nemine traditur; sexaginta navium fuisse classem Atticam probabiliter exputavit Dunker *Gesch.* tom. IV, p. 853. Græci a Mycale versus Hellespontum profecti sunt, ut pontes a Persis prope Abydum structos dissolverent; quos quum jam rescisos reperiret, Peloponnesii sub Leotychide in Græciam reversi sunt, Athenienses vero manentes ibi ex Abydo Sestum trajecerunt, eamque urbem, in quam e ceteris Chersonesi oppidis copiæ Persarum confluerant, oppugnare cœperunt. Ita narrat Herodotus. Cf. Thuc. 1, 89. Diodor. II, 37. || — προσπολεμοῦντες] an προσπολιοκοῦντες? Sic infra c. 10 codex habet Νάξον πολεμοῦντων pro N. πολιορκούντων. || — καὶ Πausanίας;] Nisi truncata narratio est, Pausaniam Aristodemum auctumno anni 479 una cum Atheniensibus Sestum abisse dixit, perperam; nam Pausanias anno demum 477 (Olymp. 75, 4) cum communi Peloponnesiorum et Atheniensium classe in Cyprium, inde vero in Hellespontum profectus est ibique Byzantium expugnavit. Hac urbe potitus Persas quosdam nobiles, quos vivos ceperrat, Gongylo tradidit, τῷ μὲν λόγῳ, ut Diodorus 11, 44 ait, πρὸς τιμωρίαν τηρήσονται, τῷ δὲ ἔργῳ διασώσονται πρὸς Ξέρξην· συντεθειτο γὰρ δι' ἀπορρήτων φιλίαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Ξέρξου γαμῆν ἐμελλεν, ἵνα προδῶ τοὺς Ἕλληνας. Cf. Thuc. 1, 94, Cornel. Paus. c. 2. || — [οὐ] κατὰ φιλοτιμίαν τὴν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ (ἀμα codex) διὰ πρ.] Addidi οὐ (sicut c. 11, I), collato Thuc. 1, 128: Πausanίας ἀρικνεῖται ἐς Ἑλλησποντον τῷ μὲν λόγῳ ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, τῷ δὲ ἔργῳ τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα πράττειν ... ἐπιέμενος τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς. Quodsi putaveris auctorem indicare voluisse Pausaniæ consilium summa rerum Græcorum potiundi, suspicari licet scriptum fuisse κατὰ φιλοτιμίαν τὴν ὑπὲρ τῶν ὄλων (ut Polyb. 1, 52, 4 dicit); at inconcinne his jungerentur sequentia. || — προσδοσέσθαι cod. Debebat προδώσειν. Max ἐπὶ τὸ λαθεῖν... ὡς ἐπληρ. τε τῇ... προσαυτὸν codex. || — ἐπλημένος etc.] Thucyd. 1, 130: ταυτα λαθὼν ὁ Πausanίας τὰ γράμματα (Xerxis), ὧν καὶ πρότερον ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Πλαταιαῖσιν ἡγεμονίαν, πολλῶ τότε μάλλον ἦρτο, καὶ οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστηκότῳ τρόπῳ βιοτεῦναι, ἀλλὰ σκευὰς τε Μηδικὰς ἐνδύμενος ἐκ τοῦ Βυζαντίου ἐξῆλθε, ... τράπεζαν τε Περσικὴν παρετίθετο. Cf. Diodor. 11, 45, 5, Plutarch. Arist. 23, Justin. et Cornel. l. 1. || — ἐπίγραμμα] Epigramma, quod Simonidem composuisse Pausanias 3, 8, 2 dicit, exhibent Thucydides 1, 132, Demosthenes in Næar. § 97, Plutarch. de Herod. malign. 42, Suidas s. v. Πausanίας, Anthologia 6, 197. Cf. Cornel. Pausan. 1. Herodotus non memorat. Diodorus vero 11, 33, 2 ita habet: οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκευάσαν χρυσοῦν τρίποδα, καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφοὺς ἐπιγράφαντες ἐλεγείον τότε·

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτήρα· τόνδ' ἀνέθηκαν  
δουλοσύνης στυγερά· ῥυσάμενοι πόλιας.

Hoc in locum prioris a Lacedæmoniis deleti suffectum esse putatur. Thucyd. 1, 132: τὸ μὲν οὖν ἐλεγείον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκοψαν εὐθύς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο, καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστί τὰς πόλεις ὅσαι ἐνκαθελεύουσαι τὸν βάρβαρον ἔσθησαν τὸ ἀνάθημα. Nomina civitatum τῇ υποθήκῃ tripodis, quæ Constantinopoli servatur, inscripta leguntur. || — παρατεθειμένος;] παρατεθειμένος codex.

V. § 1. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον] Thucyd. 1, 93, 8: Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως ἐτειχίσθησαν καὶ τᾶλλα κατεσκευάζοντο εὐθύς μετὰ τὴν τῶν Μῆδων ἀναχώρησιν. Diodor. 11, 39, 1: Μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς νίκην... εὐθύς καὶ τὴν πόλιν ἐπεχειρήσαν τευχίζειν. Plutarch. Them. 19, Cornel. Them. 6, Justin 2. 15. || — αὐτήν· οἱ δὲ Λακ. οὐκ] αὐτῇ Λακεδαιμόνιοι, οἱ δὲ οὐκ cod. || — πρόσασιν μὲν etc.] V. Thuc. 1, 90. || — ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς] οὗς Θ. codex. Hoc si servare ovelis, verba αὐτῶν τὸν φθόνον tanquam glossam ejicienda forent.

μόνοι οὐκ ἐπέτρεπον αὐτοῖς, πρόφασιν μὲν ποιοῦμενοι ὀρμητήριον εἶναι τὰς Ἀθήνας τῶν ἐπιπλεόντων βαρβάρων, τὸ δὲ ἀληθὲς φθονοῦντες καὶ μὴ βουλόμενοι πάλιν αὐξήθηναί. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς συνέσει διαφέρων κατεστρατήγησεν αὐτῶν τὸν φθόνον. (2) Ἐγχελευσάμενος γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις τευχίζειν τὴν πόλιν ὄχητο εἰς Λακεδαιμόνα, ὡς πρεσβεύων· λόγων τε γιγνομένων παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὅτι Ἀθηναῖοι τευχίζουσι τὴν πόλιν, ἀντέλεγεν Θεμιστοκλῆς· ὡς τε οὐκ ἐπίστευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἔπεισαν αὐτοὺς πρέσβεις πέμψαι τινὰς ἐξ αὐτῶν εἰς τὰς Ἀθήνας τοὺς γνωσομένους εἰ κτιζοίτο ἡ πόλις. Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἐλομένων ἄνδρας καὶ πεμπάντων, Θεμιστοκλῆς κρύφα ὑπέπεμπε τοῖς Ἀθηναίοις κατέχειν παρ' ἑαυτοῖς τοὺς ἀπεσταλμένους τῶν Λακεδαιμονίων ἄνδρας, ἕως ἂν αὐτοὺς ὑποστρέψῃ εἰς τὰς Ἀθήνας. (3) Πραξάντων δὲ τοῦτο τῶν Ἀθηναίων, οἱ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι τὴν ἀπάτην Θεμιστοκλέους, οὐδὲν διέθεσαν αὐτὸν δεινὸν, δεδουκότες περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἀποδόντες αὐτὸν ἐκομίσαντο τοὺς ἰδίους. (4) Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐτευχίσθησαν αἱ Ἀθηναῖαι τὸν τρόπον τοῦτον. Ὁ μὲν τοῦ ἄστεος περίβολος ἐξήκοντα σταδίων ἐτευχίσθη, τὰ δὲ μακρὰ τείχη φέροντα ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ ἐξ ἑκατέρου μέρους σταδίων μ', ὃ δὲ τοῦ Πειραιῶς περίβολος σταδίων π' (ἔστι δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμὴν εἰς δύο διηρημέ-

quod munita Athenarum urbs barbaris denuo classe ad vectis arx belli futura esset, reapse autem quod inviderent Atheniensibus, eosque viribus rursus augeri nolent. At invidiam istorum insignis Themistoclis sollertia elusit. (2) Etenim Athenienses urbem munire jussit, ipse autem tanquam legatus Lacedaemonem profectus est. Et quum apud Lacedaemonios sermones spargerentur de Atheniensibus qui muro urbem cingerent, contradixit Themistocles ac fidem denegantibus suasis, ut ipsi de suorum numero quosdam Athenas mitterent qui quid rei esset explorarent. Mittentibus vero Lacedaemoniis viros delectos, clandestino nuntio Themistocles Athenienses jussit detinere in urbe legatos, usque dum ipse Athenas reversus esset. Id quum facerent Athenienses, Lacedaemonii fraudem Themistoclis sentientes, nullo eum malo affecerunt, quoniam de suis metuebant, sed demittentes eum suos ipsorum cives recuperarunt. (4) Interea Athenae munitae sunt hunc in modum. Murus urbem ambiens edificatus est stadiorum sexaginta; muri longi urbem Piraeo jungentes ab utraque parte stadiorum quadraginta; Piraei circuitus stadiorum octoginta (est vero Piraeus

§ 2. Eι κτιζοίτο | εἰ τευχίζοιτο? Cum codicis scriptura conferre licet Justin. 2, 15 : *Athenienses urbem de integro condere moluntur.*

§ 4. Τοῦ ἄστεος (ἄστεως codex) περ. ζ' σταδίων ] Idem urbis ambitus traditur a scholiasta Thucydides nec non ex Diodori loco colligitur. Thucydides de his ita habet (2, 13) : Τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα (τριάκοντα Aristodemus) πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα· ἔστι δὲ αὐτοῦ ὁ καὶ ἀγυῖακτον ἦν. τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ [ad hanc schol. : τούτῃσι στάδιοι δεκαεπτὰ· ὁ γὰρ ὅλος κύκλος σταδίων ἦν ἐξήκοντα.] τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἕξωθεν ἑτηρεῖτο· καὶ τοῦ Πειραιῶς ἐν Μουνογίᾳ ἐξήκοντα (ὀγδοήκοντα sec. Aristod.) μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος, τὸ δ' ἐν φυλακῇ ἦν ἡμισυ τούτου. Diodorus 13, 72, 8, postquam dixerat Agin contra Athenas duxisse viginti octo millia peditum et mille et ducentos equites, pergit hunc in modum : οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων... θεωροῦντες ἐκτεταγμένην τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν εἰς φάλαγγα, τὸ μὲν βάθος εἰς τέτταρας ἄνδρας, τὸ δὲ μήκος ἐπὶ σταδίουσ' ἡ', τότε πρῶτον κατεπλάγησαν θεωροῦντες τὰ δύο μέρη σχεδὸν τοῦ τείχους ὑπὸ τῶν πολεμίων περιειλημμένα. Hoc de loco quæ Bursianus (*Geogr. von Griechenland*, tom. I, p. 273 not.) nuper dixit, ea admitti nequeunt. Dicendum erat verba ἐπὶ σταδίουσ' ἡ' corrupta esse; id enim vel inde patet, quod phalanx illa 29200 hominum (si in singulos pedites pro more trium pedum spatium, in singulos equites autem sex pedes computaveris) longitudinem habere debebat stadiorum 39. Itaque pro ἡ' legas μ', idque tanto confidentius, quum nihil in codicibus sit harum literarum permutatione frequentius. Igitur Diodorus quoque, sicut Aristodemus et scholiasta, ambitum urbis sexaginta stadiorum esse censuit. At revera circuitum multo minorem fuisse satis jam liquet. Fortassis Ephorus vel quicumque primus istius opinionis auctor fuerit, ad urbis mœnia perperam transtulit mensuram, quæ pertinebat ad ambitum urbis et suburbiorum quæ nullis muris munita erant prope Ilissum fl. et in Ceramicæ exteriori. — De muris longis Aristodemus et Thucydides consentiunt. Tanto major dissensus est de Piræicæ peninsulae ambitu, quem Thucydides 60, Aristodemus 80, Chrysostomus (or. 25 p. 521) vel 90 stadiorum esse perhibent. Nescio an hæc discrepantia ex confusis numerorum signis repetenda sit. Quodsi numerus Thucydideus vetere scribendi genere exaratus erat hunc in modum. Δ (50 + 10), facile in vulgares notas πδ' (84) corruptum potuit, et deinceps pro 84 vel 80 vel 90 stadia rotundis numeris computare licebat. — Simili modo expediverim discrepantiam quæ est de longitudine muri Phalerici, quem libri Thucydides 35 stadiorum fuisse perhibent, dum apud Aristodemum nonnisi 30 stadia computantur. Posterior numerus quum veris locorum mensuris satis conveniat, suspicor in Thucydide olim scriptum fuisse ΗΞΑΝ ΔΔΔ ΠΡΟΣ, quod, litera Π perperam repetita, facile abierit in ΔΔΔΠ (35). Ceterum quod Thucydides computum attinet, novissimus de eo inquisivit Ernestus Curtius in operis egregii, quod inscribitur *Attische Studien*, particula prima (*Pnyx und Stadtmauer. Göttingen 1862. Abhandlungen der Gesellschaft d. Wiss. zu Göttingen*, tom. XI). Censet vir doctissimus numeros a Thucydide traditos easdem inter se habere proportionem quæ fuisse videantur longitudinum murorum, at singulos stadiorum numeros justis majores esse, si quidem stadium adhibueris vulgare illud (184, 97 metr.), quod Olympicum vulgò vocatur et 125 passus Romanos (184, 84 metr.) sive octavam milliarum partem exæquat. Itaque Thucydidem brevioribus quibusdam stadiis, quorum sex efficerent Olympica stadia quinque, usum esse suspicatur. Etenim mensuras murorum ratione probabili putat ita constitui, ut sit



## FRAGMENTUM.

9

νος, κέκληται δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν τι μέρος Μουνυχία, τὰ δεξιὰ δὲ ἄκρα τοῦ Πειραιῶς Ἡετιώνεια καλεῖται. Ὁχθος δὲ ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ, ἐφ' οὗ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἴδρυται· τὸ δὲ Φαληρικὸν τεῖχος ἐκτίσθη σταδίων λ' πλατὺ δὲ ὥστε δύο ἄρματα ἀλλήλοις συναντᾶν. Καὶ ἡ μὲν τῶν Ἀθηναίων πόλις οὕτως ἐτερίσθη.

VI. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σύνεσιν καὶ ἀρετὴν φρονηθεὶς ἐξεδιόχθη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ παρεγένετο εἰς Ἄργος. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἀκούσαντες τὰ περὶ τῆς ἐγκεχειρισμένης προδοσίας Πausanία, πέμπσαντες αὐτῷ τὴν σκυτάλην μετεκαλοῦντο αὐτὸν ὡς ἀπολογησόμενον. Ὁ δὲ Πausanίας ἐλθὼν εἰς τὴν Σπάρτην ἀπελογήσατο, καὶ

portus divisus bifariam; pars ejus Munychia vocatur; dextrum Piræei cornu Eetionia dicitur. Porro collem habet Piræeus, in quo fanum Dianæ consecratum; Phalericus denique murus structus est in longitudinem stadiorum triginta; ea vero latitudo erat ut duo currus invicem sibi occurrere possent. Sic igitur Athenarum urbs munita est.

VI. Themistocles propter eximiam sollertiam et virtutem invidia pressus et civitate ab Atheniensibus ejectus Argos se contulit. Lacedæmonii autem, quum de prodicione quam Pausanias moliretur, comperissent, missa scytrala eum, ut se purgaret, revocarunt. Igitur Pausanias Spartam reversus causam dixit, et a deceptis Lacedæ-

Urbis ambitus 36 stad. Olymp. = 43 stad. Thucyd.
Piræei ambitus 51 . . . . . 60.
Murus longus 33 . . . . . 40.
Murus Phalericus 29. . . . . 35.

Attamen res lubrica est e quatuor mensuris ambiguis novum elicere genus stadii. De pedis Attici longitudine (0,30828 metr.) certo nunc constat (V. Hüftsch. *Gr. u. röm. Metrologie*, Berlin, 1862, p. 53); inde vero consequitur stadium Atticum non esse diversum ab eo quod Olympicum vocatur. Herodotum quidem et Xenophontem viarum longitudinem referre secundum stadia multo breviora, quippe quorum decem fere in octo stadia Olympica computanda sint, inde a Rennelio nonnulli viri docti, inter eosque etiam Hultschius, censuerunt, probari hoc agentes iis quæ traduntur de longitudine viarum quæ sunt ab Athenis ad Olympiam et a Sardibus Susa et ab Epheso Cunaxa, quamquam de ratione harum viarum haud ita constat ut de diversa stadii mensura inde colligi aliquid posse mihi videatur. Sed de his quidcumque sentias, ad nostram rem nihil facit; nam a Thucydide ejusmodi stadium alienum esse, ex majoribus distantibus ab eo notatis intelligitur. Sic Corintho Crommyonem, itemque Athenis Deceleam 120 stadia, Sparta Pylum 400, Strato ad Anapum 80 stadia esse dicit (4, 19, 2. 4, 45. 4, 3, 2. 2, 32), quæ omnia recte habent, si stadio Attico metiaris, dum ex mensura stadii istius itinerarii pro numeris 80, 120, 400 ponendi fuissent 100, 150, 500. Consentaneum igitur Thucydidem etiam mœnia Athenarum mensum esse stadio Attico. Ambitum urbis in tabula, quam Curtius operi suo adjunxit, metior stadiorum 34, siquidem in latere occiduo juxta veterem istum murum procedas qui a Nympharum colle recta ferme linea ad Museum pertendit. Præterea in anfractis muri orientalis et borealis, cujus nonnisi rarissima quædam vestigia supersunt, quæ rectis lineis in tabula conjunguntur, Curtius octo fere stadia computat, adeo ut circuitus sit stadiorum 42, a quibus sex minimum stadia subtrahenda et muri parti non custodiendæ tribuenda sunt. Relinquuntur igitur stadia 36, pro quibus in Thucydide habes 43. Ex eo ipso autem colligas in latere occiduo urbi addendum esse triangulum, quod a Nympharum et Musei colibus versus occasum hibernum excurrit, et quod jam a Themistocle in urbis ambitum receptum esse recte, opinor, statuit Curtius. Hoc vero in computum assumto, circuitus urbis septem stadiis augetur, adeo ut pro 36 obtineas 43, quot tradit Thucydidem. Idem Piræei peninsulae ambitum 60 stadiorum esse dicit, atque totidem ipse in tabulis nostris metior. Quodsi Curtius nonnisi 51 stadia colligit, id inde fit, quod per ostia Zeæ et Munychiæ portuum metiendo procedit, neglectis horum portuum sinibus, qui quamvis ἀγύακτοι essent, in computum tamen eodem jure recipiendi sunt quo litora Canthari et Piræei portuum recipiuntur. Ex sexaginta illis stadiis custodia erant triginta; hæc, si metiendi initium in extremo litore orientali posueris indeque per ostia Munychiæ et Zeæ processeris, recte pertinent usque ad ostium Piræei quod ab altera parte Eetioneo promontorio clauditur. Ab hoc promontorio (ubi intra veterem murum novum quadringenti viri stuxerunt. Thuc. 8, 90) usque ad urbis circuitum quadraginta fere sunt stadia; hæc ipsa a Thucydide indicari suspicor, quum totus hic tractus, ne absque tutamine portus relinqueretur, muniendus et custodiendus esset; quamquam verba Thucydidis ita habent, ut tum exterior tum interior murus longus 40 stadiorum fuisse videatur, quod quomodo fieri potuerit non assequor. Ceterum, ut illuc revertar, Aristodemum ita loquitur, ut omnes istos muros a Themistocle structos esse temere putasse videatur. || — Μουνυχία] Μουνουχία cod. || — Ἡετιώνεια] Ἡετιωνειώνεια καλεῖται codex. V. Thucyd. 8, 90, 4, Demosthenes contra Theocrinen § 67, p. 1343, Plutarch. X. orat. c. 1, 9, Photius et Zonaras v. Ἡετιώνεια, Harpocratio v. Ἡετιώνια. || — ἐφ' οὗ] ἐφ' ἐν cod. || — ἑὸ ἀρματα] V. Thuc. 1, 93, Diod. II, 38, 2, Aristoph. Av. 1127. Similia de muro Babylonis ap. Strab. p. 628.

VI. § 1. Πausanίας etc.] Pausanias classi Græcorum præfectus, postquam (Ol. 75, 4, 477) Byzantium expugnaverat, morum insolentia effecit ut vere anni 476 principatus ad Athenienses transiret. Revocatur Spartam, sed crimine absolutus, mox privatus Byzantium rediit ibique degit usque dum a Cimone ejiceretur. Hoc contigit Ol. 77, 3. 470. Misso igitur tempore, quo revocatur Pausanias Spartæ morabatur, per septem annos Byzantii versatus est, uti testatur Justinus 9, 1: *Hæc urbs condita* (κτισθεῖσα pro κτηθεῖσα in fonte suo Justinus legerit) *primo a Pausania et per septem annos possessa fuit*. Hinc Colonas in Troadem transiit, ubi quum nefasta consilia cum Persis communicare pergeret, ab ephoris misso cum scytrala præcone (Thuc. 1, 131) ad causam dicendam arcessitus est. Ne tum quidem statim convinci criminis potuit, tandem vero per Argilium dolo prodicionis patefacto, pœnas dedit (469 vel 468). — Omnem hanc quam paucis modo adumbravi Pausaniæ historiam Diodorus 11,

ἀπατήσας τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀπολυθεὶς τῆς αἰτίας ὑπεξήλθεν καὶ πάλιν ἐνήργει τὴν προδοσίαν.

VII. Ἐν δὲ τούτῳ οἱ Ἕλληνες ἀφιστάμενοι ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων διὰ τὸ πικρῶς τυραννεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Πausανίου προσετίθεντο τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ οὕτως ἤρξαντο πάλιν οἱ Ἀθηναῖοι φόρους λαμβάνοντας αὐξέσθαι· ναῦς τε γὰρ κατεσκευάζον [καὶ κοινὸν τῶν Ἑλληνικῶν γ.] ρημάτων θησαυροφυλάκιον ἐποίησαντο ἐν Δήλῳ, [εἰς δὲ κατ' ἔτος συνήγον υἷ' ἄλλ]αντα· [εἴτα] ἐκ τῆς Δήλου τὰ συναχθέντα μετεκόμισαν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ κατέθεντο ἐντὸς ἐν [τῇ] ἀκροπόλει.

VIII. Ὁ δὲ Πausanίας ὑπάρχων ἐν Βυζαντίῳ ἀναφανδὸν ἐμήδιζεν καὶ κακὰ διετίθει τοὺς Ἕλληνας. Διεπράξατο δὲ τι καὶ τοιοῦτον. Ἦν ἐπιχωρίου τινος θυγάτηρ Κορωνίδου ὄνομα, ἐφ' ἣν ἐπεμψεν ὁ Πausanίας ἐξαιτῶν τὸν πατέρα. Ὁ δὲ Κορωνίδης δευδοικῶς τὴν ὀμότητα τοῦ Πausανίου ἐπεμψεν αὐτῷ τὴν παιδα. Ἦς καὶ παραγενομένης νυκτὸς ἐς τὸ οἴκημα κοιμημένου τοῦ Πausανίου καὶ παραστάσης, περίπνος γενόμενος ὁ Πausanίας δόξας τε κατ' ἐπιβουλὴν τινα εἰσεληλυθῆναι, ἐπαράμενος τὸ ξιφίδιον ἐπερόνησε τὴν κόρην καὶ ἀπέκτεινε, καὶ διὰ τοῦτο εἰς μανίαν περιέστη· καὶ γενόμενος φρενομανῆς

dæmonii crimine absolutus saluus evasit iterumque prodioni operam navare cœpit.

VII. Eo tempore Græci ob tyrannicam Pausaniæ acerbilitatem a Lacedæmoniiis deficientes Atheniensibus se addixerunt, atque ita factum est ut Athenienses tributa accipientes denuo viribus auferentur; naves enim construxerunt et commune Græcorum pecuniarum ærarium in Delo constituerunt, in quod quotannis quadringenta sexaginta cogebantur talenta, (deinde vero) collectas pecunias e Delo Athenas transportarunt ibique in acropoli deposuerunt.

VIII. Pausanias Byzantii degens palam Persarum partes profitebatur et male habebat Græcos. Inter alia etiam hoc peregit. Viri cujusdam indigenæ, cui Coronidæ nomen, filia erat quam per nuntium Pausanias a patre expetivit. Misit eam Coronides crudelitatem Pausaniæ metuens. Quæ quum noctu in cubiculum ad cubantem jam Pausaniam accederet, ille somnolentus insidiarum causa aliquem ingressum esse opinans, arrepto gladio transfixam puellam occidit. Eo facinore ad insaniam adactus est, ac mente perturbatus clamores jaciebat, quasi fa-

44-47 in unius anni spatium compressam exposuit sub anno Adimantis archontis (Ol. 75, 4. 477-476), expressis verbis clausulam addens : ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν. Similiter etiam Aristodemus rem instituisse debet. Vide Prolegomena. Quæ præcedunt de Themistocle tesserarum iudicio Athenis ejecto, secundum falsam illam quam Aristodemus sequitur chronologiam, ad Olymp. 75, 4. 477 referenda sunt. || — ὑπεξήλθε ] Cf. Thucydides I, 131 de Pausania iterum revocato : Καὶ ἐς μὲν εἰρκτὴν ἐσιπίπτει τὸ πρῶτον... ἔπειτα διαπραξάμενος ὕστερον ἐξήλθε. Aristodemus Pausaniam bis Spartam revocatum esse non dicit, sed historiam ita truncat, ut Argilius Byzantio Spartam profectus esse videatur.

VII. Καὶ κοινὸν τῶν Ἑλληνικῶν γ.] Hæc supplevi. Perierunt 22-24 literæ in primo versu folii 85 vs. Totidem fere in secundo versu desiderantur, ubi num recte lacunam expleverim, quaeritur. E Thucydide (I, 96) inferre possis : ἦν δὲ ὁ πρῶτος φόρος υἷ' ἄλλαντα. Deinde ante verba ἐκ τῆς Δήλου scribam omisisse εἴτα vel ὕστερον δὲ suspicari licet. Ærarium Athenas translatum esse Olymp. 81, 3. 454 recto statuere videtur Sauppius in *Nachrichten von der Gesellschaft d. Wiss. in Gœttingen*, 1865, p. 249. Eo enim anno incipit administratio ærarii, quam novimus e tabulis tributariis (V. Kæhler in *Monatsberichte d. Berlin. Acad.* 1865 p. 24). Plurimi rem anno 461 assignant, innitentes loco Justini (3, 6), ubi postquam dixerat Athenienses sub Cimone duce contra Messenios auxilium missos a suspiciosis Lacedæmoniiis dimissos esse, pergit hunc in modum. *Hanc rem Athenienses graviter ferentes, pecuniam... Delo Athenas transferunt, ne deficientibus a fide societatis Lacedæmoniiis prædæ ac rapinæ esset.* His ego censeo eundem subesse errorem chronologicum quo alia multa item septem annis ante quam facta sunt, facta esse perhibentur. Nonnullos denique vel vivente adhuc Aristide (*qui decessit fere post annum quartum quam Themistocles Athenis erat pulsus*, ut ait Cornel. Nep. Arist. 3) pecunias in acropolin translatas putasse, ex narratiuncula colligitur ap. Plutarch. in Aristid. 25 : Καὶ τὰ μὲν χρομάτ' αἴφην (Θεόφραστος) ἐκ Δήλου βουλομένων Ἀθηναῖοι κοίμισαι παρὰ τὰς συνθήκας, εἰπεῖν ἐκεῖνον (Ἀριστείδην), ὡς οὐ δίκαιον μὲν, συμφέρον δὲ τοῦ' εἶσιν. Quidnam Aristodemi auctor de tempore rei statuerit, haud liquet. Ceterum cf. Plutarch. Pericl. 12 et Diodor. 11, 38, 2.

VIII. § 1. Ἀναφανδὸν ἐμήδιζεν] Similiter in Themist. epist. 2 : ἐμελλεν (Pausanias) ἀναφανδὸν μεταστήσασθαι πρὸς βασιλέα. || — Κορωνίδου] Filii nomen exciderit. Nomen patris non legitur apud ceteros qui hanc historiam tradiderunt, Pausaniam sc. 3, 17. 8 et Plutarch. De sera num. vindicta c. 10 in Moral. p. 671, 39, et in Cimone. 6, 3, ubi hæc : Λέγεται δὲ παρθένον τινὰ Βυζαντίαν ἐπιφανῶν γονέων, ὄνομα Κλεονίκην, ἐπ' αἰσχύνῃ Πausανίου μεταπεμπομένου, τοὺς μὲν γονεῖς ὑπ' ἀνάγκης καὶ φόβου προέσθαι τὴν παιδα, τὴν δὲ τῶν πρὸ τοῦ δωματίου δεηθεῖσαν ἀνέλθεσθαι τὸ φῶς, διὰ σκοτῶος καὶ σιωπῆς τῇ κλίνῃ προσιούσαν ἤδη τοῦ Πausανίου καθεύδοντος ἐμπεσεῖν καὶ ἀνατρέψαι τὸ λυχνίον ἄκουσαν· τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ φόβου ταραχθέντα σπασάμενον τὸ παρακείμενον ἐγχειρίδιον, ὡς τινας ἐπ' αὐτὸν ἐγθροῦ βαδίζοντος, πατάξαι καὶ καταβαλεῖν τὴν παρθένον, ἐκ δὲ τῆς πληγῆς ἀποθανούσαν αὐτὴν οὐκ ἔαν τὸν Πausanίαν ἠσυχάζειν, ἀλλὰ νύκτωρ εἰδῶλον αὐτῆ φαιτώσαν εἰς τὸν ὕπνον, ὀργῇ λέγειν τότε τὸ ἤρφον·

Στείχε δίκης ἄσπον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Ἐσ' ᾧ καὶ μάλιστα χαλεπῶς ἐνεγκόντες οἱ σύμμαχοι μετὰ τοῦ Κίμωνος ἐξεπολιόρκησαν αὐτόν. Ὁ δὲ ἐκπεσὼν τοῦ Βυζαντίου, καὶ τῷ φάσματι παραττόμενος, ὡς λέγεται, κατέφυγε πρὸς τὸ νεκυομαντεῖον εἰς Ἡράκλειον καὶ τὴν ψυχὴν ἀνακαλούμενος τῆς Κλεονίκης παρητεῖτο τὴν ὀργήν. Ἡ δ' εἰς ὄψιν ἔλθοῦσα ταχέως ἔφη παύσασθαι τῶν κακῶν αὐτὸν ἐν